

7.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

(Fortsetzung ¹⁾.

140. Eck an Morone: sein Kommen nach Regensburg.
Prüfung der Controversae des Pighius. Anwesende in Regensburg. Verhältnis zu Pighius. Der Türke. 1541 März 16 Ingolstadt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. cod. O. 230 sup. fol. 188, eigenhändig. Orig.

Paratissima obsequia pro salute. R^{me} in Christo pater. statueram quam primum ad vos venire et jussus sum expectare vocationem. an Protestantes tam cupidi sint concordiae, sicut fuerunt dissoluto colloquio Wormaciensi, non intelligo. Pigii scriptum super prima controversia diligenter et cum calamo legi duobus diebus septimanae prateritae. confirmatio sum in mea sententia, ut omnino cohibeatis eum ne edetur, alioquin novum fiet in ecclesia Dei disturbium et scandalum. curate ut prius a doctis Catholicis examinetur. ecce praedixi vobis!

Audio Maguntinos et Colonienses adesse; forte ego citius vocabor. gaudeo et Cochlaeum ² nostrum salvum illuc advenisse. omnino non refugiamus colloquium; facile erimus superiores.

Dominus Pighius, etsi nonnihil meo judicio aberraverit, tamen quia est maximi ingenii, suaviter est tractandus et a singularitatibus abstrahendus. poterit prodesse aliquando ecclesiae. conferrem lubentissime privatim cum homine super his quae vide-

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470ff., Bd. XVIII, S. 106 ff. 233 ff. 420 ff. 596 ff., Bd. XIX, S. 211 ff. dieser Zeitschrift.

2) Vgl. diese Zeitschrift Bd. XVIII, S. 445 ff.

rentur michi ab eo incauta dicta; sed expertus propensionem suam ad iram, quando existimat se bis mille Eckis doctiorem, me contineo.

De Turca pessima hic referuntur. Dii meliora! me commendo.
Ingolstadii 16 martii 1541.

141. Eck an Morone: Ungeduld nach Regensburg zu kommen. Der Handel mit Pighius. Bischof Fabri. Wünsche Dr. Apels und des Eichstädter Domherrn Christof' Grofs. 1541 März 19 Eichstätt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. cod. O. 230 sup. fol. 198, eigenhändig. Orig.

Paratissima obsequia pro salute et omne bonum. R^{me} pater. nec potes tantis affectibus expetere adventum meum quin majori ego percellar. de integritate fide eruditione R^{mi} legati nichil addubito, quae michi tot annis prospecta est tot magnorum viorum testimonio. coram et ipse cupio omnia quae religionis, quae fidei, quae pro haeresibus extirpandis commoda sunt, tractare: at pendeo ex aliis, ut scripsi; injussus venire non debeo; pareo, quia nullum video discrimen, et si opus esset succurrere necessitati fidei, nemo me vel tantillum posset remorari; non proderit si me ultiro ingero: sed verbulum sufficeret — quod illustris dominus a Granella sugerere posset duci meo Wilhelmo catholico heroi Ill^{mo}.

De Pighio nihil plus dico; sufficiat admonuisse vos proceres ecclesiae. admonui etiam Leonhardum Eckium¹, cui etiam aliqua excerpta scripsi non tolleranda: non quod Pighio viro doctissimo et admirando ingenio male velim, sed quod me excusem si quid diversius evenerit, ne dux incusaret me negligentiae, quod permiserim hujusmodi imprimi in gymnasio suo. sarcinam hanc totam imposui humeris vestris. at quam liberi ingenii sit Eckius et minime malevoli (nunquam accusatus sum a nostris hypocrita vel phariseus, tam apertus sum) offero me paratum coram R^{mo} in Christo patre etc. domino legato acturum super his in quibus arbitror Pighium non pie scripsisse. modo fiat in secreto paucis doctoribus adhibitis, ne si in publicum efferat, cum magno scandalo fidei, quod maxime cavendum duco.

Quod R^{ma} P. T. sperat concordiam, ego maxime spero. praesens dicam, sed non est opus Pighiis ad hanc rem. plura coram.

De Thurca placuerunt melliora; de episcopo nostro Viennensi, viro laborum patentissimo, dudum fama fuit et ego quotidianis

1) Leonhard von Eck, der leitende bayerische Staatsmann.

precibus tricesimum absolvam altera Ambrosii¹. Ferdinandus rex nescit quantum virum perdat, et vereor ut sit alias reliquias inter aulicos proceres qui negotium fidei tam sincere promoveat. D. O. M. omnia melius disponet quam nos nostris peccatis demeremur.

Doctor Nicolaus Apel, is qui fuit Wormacieae (quem profecto mallem habere assistentem in colloquio quam aliquos alios sex aut octo) is pro subdiacono interpellat. ego pro hoc polliceor, quia is pauper est, meret ut R^{mus} dominus legatus huic faciat gratiam. ex scheda inclusa intelligitis omnia. quidam etiam dominus Christophorus Groß, canonicus Eistettensis, homicidium fecit; petit restitui. huic R^{ma} P. V. non desit quantum cum Deo et honestate potestis. valete felicissime in Christo usque quo coram de omnibus uberioris; solum mittatis ad me dispensationem pro subdiacono, pro quo Apell interpellat. valete et salvete denuo.

Ingolstadii 19 marci 1541.

142. Kardinal Alessandro Farnese an Eck: Antwort auf dessen Schreiben. Mahnung zum Ausharren im Kampf für den Glauben bis zum schliefslichen Siege. 1541 April 29 [Rom].

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnes. fasc. 701 Konzept.

Accepi literas tuas², Echi doctissime, quibus cum te ita forti ac praesenti animo esse videam in tuenda et conservanda religione adversus omnes adversariorum impetus, animum mihi queque facis, nec dubito quin ita ut te fortiter pro christiana pietate pugnantem videmus, magna tua cum laude victoriam reportantem aliquando videamus. quamobrem mi Echi fac ita in religionis causam incumbas ut omnes intelligent pulcherrimis tuis initiis exitum quoque responsurum. habes, mihi crede, latum campus, in quo virtus tua excurrat. tu fac valeas teque tui quam simillimum praeestes. vale.

41 die 29 aprilis.

143. Eck an Morone: der bevorstehende Aufbruch aus Regensburg. Pfründensachen; Klage über Vernachlässigung seitens der Kurie. Verhinderung eines guten Ausgangs der Religionsverhandlung durch Ecks Krankheit. Die Leiden des

1) Es scheint sich um eine verfrühte Nachricht vom Tode des kranken Fabri (gest. Mai 1541) zu handeln.

2) Vom 1. April 1541; gedruckt von V. Schultze in dieser Zeitschrift Bd. I, S. 472 aus den Carte Farnes. in Neapel (Fasc. 1757, Kopie der Kanzlei Aleanders, nicht Orig., wie Herausgeber annimmt).

letzteren; grofse Kosten für Apotheker und Ärzte. [1541 etwa Mitte Juli, Regensburg.]¹

Aus Rom Bibl. Vat. Cod. Vatic. 6419 fol. 414 eigenb. Orig.; in verso ebenfalls eigenhändig: pro R^{mo} episcopo Mutinensi.

R^{me} pater.

Audio dietam in procinctū finiendam et in octo diebus Caesarem, R^{mum} dominum legatum et principes abituros; ego posticum ultimus claudam. quod si verum est, misere sum neglectus, quod cessionem Valentini Bochers tanta instantia non potui obtinere tot septimanis, licet nichil dubitem de jure meo, possem experiri cum eo in judicio. sed semper abhorri lites; alioquin non cessissem praepositurae Wimpin[ensi]; et quod saepe intellexi etiam habentes bonam causam Romae periclitatos ob cautelas et nescio quas technas curtianorum. ego expectarem quousque ille me citaret; nam jam quartus agitur annus quod nihil egit, nisi quod minatus est; hoc tamen obstat michi, quia possessor jure meo ex pacto non solvit viginti florenos pensionis uni nepotum meorum, nisi sit securus ab impietitione Valentini.

Neglectus est etiam nepos junior Schaupius, quem missurus sum Parrhisii, qui cessit doctori Apel, cessit in Constantiensi canonicatu consobrino Fabri. jam nichil habet. sed qui dat escam pullis corvorum, etiam providebit ei, si talis erit qualem spero futurum. magnam mihi polliceor de illo puero.²

Infortunata, infausta et inauspicata est michi hec dieta Ratisponensis. nam in negotio fidei sperabam me multa expeditum, et fecisset procul dubio, si bona valetudo fuisset michi comes. sic autem factum est ut non modo nichil sit obtentum ab adversariis post meum a colloquio recessum, sed et bona quae egeramus in colloquio, in spongiam ceciderint; nichil hic de eucharistia reservata pro infirmis, nichil de adoratione eucharistiae, nichil de concordia Wormaciensi super articulo peccati originalis etc., dum autor nimium adfici[tur]³ libro suo indocto ut per Caesarem et ordines imperii autentisetur

Porro molestias aegritudinis, abstinentias, medicinarum acerbos haustus in nonam septimanam, ut ex una febri tres fierent, quantumvis medicis essem obedientissimus. quanta fastidia noctium longarum et dierum longiorum, quanta jactura temporis, ut nec

1) Die Zeitbestimmung ergiebt sich aus den Anfangsworten: s. auch weiterhin die Anspielung auf die neunwöchentliche Krankheit Ecks, die am 10. Mai ihren Anfang nahm (Wiedemann S. 319).

2) Vgl. übrigens hierzu Dittrich, Regesten, S. 198, Nr. 763. 764.

3) Hs. adfici, am Rande des Papiers, von dem ein Stückchen ausgerissen ist.

legere auderem medicorum jussu aut partiliter legerem; cibi et potus, licet tenuissimi, quanta mutatio.

Ad hec, dum consiliarii ducis mei novum hospicium conducerent, medicos, servos, cocas, apotecarios, arbitrabar Suam Ill^m Dominationem velle sufferre omnes impensas aegritudinis; sed nichil minus, cum apothecariis plus 14 fl. fuit dandum; unus medicus sibi ipsi consuluit et 10 fl. ex pecuniis meis reservavit; alteri perseveranti usque nunc bonis aureis satisfeci, duobus Italis doctoribus nondum satisfeci — expecto pecuniam brevi — et pro antiquo hospitio 12 fl. ferme exposui, ut infirmitas non modo corpus exhauserit, ut aegre pedibus incedam, sed et crumenam evacuaverit. at haec omnia ferenda, si pristina valetudo redierit; nam damna alia cum felicitate aliorum comiciorum praeteritorum compensabo etc.¹.

144. Eck an Farnese: Komplimente. Übersendung der neuen Ausgabe seines Enchiridion. Gründe des Mislingens des Religionsgesprächs; Arglist der Gegner. Die Apologie Ecks, der sich nicht schämt Papist und Romanist zu heißen. Nicht erfüllte Verheißungen Contarinis. Familiensorgen; Bitte um eine päpstliche Beisteuer. 1542 Januar 19 Ingolstadt.

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnes. fasc. 731 eigenh. Orig.

R^{me} in Christo pater ac illustris princeps. paratissima obsequia pro salute cum sui commendatione. episcopus Mutinensis nuncius apostolicus, vir hercle bonus et praestabilis prudentiae ac omni virtutis genere preditus, adeo laudes et virtutes tuas praedicavit ut mirifice tibi sim affectus, quae omnia litterae tuae humanissimae confirmarunt. quare Enchiridion catholicum adversus haereses, auctum et locupletatum, nomini ac Amplitudini tuae dedicatum praelo commisi et nostris hominibus publicavi².

Quae per litteras admonuit R^{ma} Paternitas Tua³, curassem summa fide Ratisponae; at duo maxime obstiterunt: primo quod negotium fidei non dextre tractabatur ab hostibus ecclesiae; omnia erant plena dolis et fraudibus; quod si non persensissem astus impios ac meos Ill^mos principes praemonuisse, haeretici et imperatorem augustum a Deo coronatum et reliquos ordines imperii

1) Sic! als Unterschrift nur: Eckius.

2) Gemeint ist wohl die erste von Alexander Weissenborn in Ingolstadt („nostris hominibus“) gedruckte Ausgabe mit der Jahreszahl 1541. Diese enthält einen Brief Ecks an Farnese vom 13. August 1541, worin er über gewisse Zusätze zu dem Werke Auskunft giebt: Wiedemann S. 540f., Nr. 24.

3) Anscheinend ist unsere Nr. 142 gemeint.

decepissent, ut peculiaris est haereticorum virtus ab antiquo Catholicis imponere¹. at illa liquido ex apologiis meis intelliguntur, quas simul mitto excusas², nihil veritus Hessi crudelitatem et principum sibi adhaerentium, et adeo non recuso papistae nomen, quo Catholicos contemptim appellant, ut apologias San^{mo} Domino Nostro ac sacro collegio nuncupaverim, ut aperte videant me non dignare Romanensium aut Romanistarum nomen.³

Duo pollicitus est michi R^{mus} cardinalis a Contarenis, neutrum praestat: idcirco cum eo expostulo⁴; quod si defecerit, accusabo eum coram Celsitudine Tua.

San^{mo} Domino Nostro pudebat scribere; memini tamen in litteris Sanctitatis Suae me scripturum R^{mae} Paternitati Tuae. est autem hoc negotium. fratrem meum unicum Simonem, utriusque juris doctorem, matrimonio junxi cum honesta puella. emunxerunt ex me, ut contribuerem plus quam sit in facultatibus meis: at quia honestum erat matrimonium, persuaserunt ut omnia promitterem. at cum erit michi grave etiam datis terminis, rogo Amplitudinem Tuam dignetur apud San^{mum} Dominum Nostrum instare, meo vero nomine, supplicare ac obsecrare ut aliquod subsidium michi ministret. me obligatissimum sedi apostolicae reddet adhuc obligatiorem.

De concilio universalis agite ut orbis Christianus videat non stare per pontificem quominus concilium fiat.

Me commendo quam maxime, cardinei senatus ornamentum non vulgare.

Ingoldstadii 19 januarii anno gratiae 1542.

145. Eck an Contarini: Klage dass dieser seiner vergessen habe. Bucers Acta Colloquii. Ungerechte Behandlung Ecks durch die Kurie. Die Regensburger Vergleichshandlung. Gropper und Pflug; Granvella. Ecks Verdächtigung als Papist, seine Apologia. Haltung der Gegner; letztere suchen die Böhmen für sich zu gewinnen. Pfründenangelegenheiten. Familien-sorgen. Bitte um Unterstützung seines Neffen. Bitte um Material für weitere polemische Schriften. 1542 Januar 20 Ingolstadt.

1) Am Rande: secunda infirmitas. Soll heißen (wie im vorhergehenden Briefe näher ausgeführt ist) Ecks Krankheit sei die zweite Ursache des Mislings der Regensburger Verhandlung gewesen.

2) Apologia pro . . . principibus catholicis, Gegenschrift wider Bucers Acta colloquii in comitiis imperii Ratisbonae habitis: Wiedemann S. 639 ff.

3) Vgl. Ecks Brief an Paul III. vom 1. Januar 1542, abgedruckt von V. Schultze in dieser Zeitschrift I, S. 473 f.

4) Vgl. das nächstfolgende Stück.

Aus Arch. Vat. Armar. 62 vol. 37 fol. 121—122 Orig.; ein kurzes Fragment gedr. hieraus bei Raynaldus, Ann. eccl. 1541 § 37.

Paratissima obsequia pro salute cum sui commendatione. R^{me} in Christo pater. quam pulchre imitaris antecessores tuos, Romanos scilicet legatos et nuncios apostolicos, ut praesens videbaris Eckii patronus, abiens illius minime memineris. Bucer¹, vir pestilens, acta comiciorum infideliter scripsit, mixtis tot impietatisbus ut nullus Catholicorum ferre possit. praeter sedem apostolicam, pontificem, cardinales, episcopos et universos christianos, speciatim te adgreditur; scripturas per te oblatas lacerat, jam te laudat, mox vituperat et injuriatur. arbitror dudum in urbem missum esse librum, nam ego R^{mum} electum episcopum Eistetensem monui, ut ad te mitteret; quod si non est factum, expendite quibus tot beneficia et prebendas confertis, curtianos volo vestros, qui negotium fidei nec tyruntio estimant. ademistis michi Romae 200 flor. ex pensione Herbipolensi, quam michi Hutenus syngrapha et sigillo suo promiserat, quas sine causa Eckio tanquam indigno detraxistis, ut Semiluteranis daretis. o dii o tempora: si mansisset illa pensio michi integra, potuissem et impensas et labores in fide facilius ferre. sed transeant illa, quia pro persona mea sum contentus sorte mea et satur beneficiorum. pergitte Romae illos onerare prebendas et dignitatibus qui detrahunt sedem apostolicam, haereticos laudent et promovent etc.

In exhortatione vestra ad episcopos unum omnino debebatis imponere: ut quam primum ederentur scripta ab haereticis contra fidem, contra sedem apostolicam; aut si quando saeculares principes mandata emitterent, quam primum referrent ad San^{mum} Domini Nostrum.

Inveni inter mendacia Buceri etiam accusationem mei per Pflugium et Groperum; ego illis mitissime respondeo, non ut merebantur, neque unquam in negotio fidei illis totum credidi; nam quales habiti sint aliquando in fide, novi². in summa: mala fuit d. Granvillae practica cum insulso et erroneo libro³ et cum duobus illis suspectis collocutoribus. ntinam dux Georgius Saxo vixisset, quantum restitisset huic deputationi; sed placuerunt illi deputati Paternitati Tuae, ut accepti essent et grati plus quam Eckius; nimis etiam placuit liber obtrusus Paternitati Tuae, at in fine scripsi dolos. quanta jactura erat prae foribus et fidei et sedis apostolicae. practica illa Wormatiae fuit incepta cum Gro-

1) Von hier bis lacerat gedruckt Rayn. I. I.

2) Über die Angriffe Ecks gegen Gropper sprach sich Contarini schon in Regensburg sehr miffällig aus: Schultze in dieser Zeitschrift Bd. III, S. 184.

3) Das Regensburger Buch.

pero; at quia nolui veritatem fidei deserere et malis consiliis acquiescere, omnem gratiam perdidì apud Granvellam¹, qui tam magnifice promisit se curaturum apud Caesaream Majestatem, ut laborum meorum remunerationem haberem. sed omnia abierunt in ventum. at illa omnia certius invenies in responsione nostra, quam per otium legas, et judicium tuum rescribas.

Et quia hostes ecclesiae me damnant, ut Romanensem, papistam et Romanistam, ego talis sum et esse volo ut etiam non sim veritus apologiarum librum San^{mō} Domino Nostro ac sacro collegio nuncupare, ut clare testarer me non erubescere ecclesiae Romanae nomen, cuius utinam ego indignus vel minimum membris in Christo inveniar. de haereticis tantum duo tibi dixerim: michi non esse compertum quid Luterani consultent clam in perniciem ecclesiae; tamen pessime ferunt se defraudatos Ratisponae intento suo cum articulis reconciliatis; culpam rejiciunt in ducem meum Wilhelmum, qui postea attraxerit Moguntinum, Treverensem et alios; culpam referunt in Eckium iniquum suggestorem, qui ausus fuerit improbationem libri et articulorum in publicum imperii consilium mittere; culpam porro rejiciunt in cardinalem Contarenum, qui ab initio assensum prebuerit articulis reconciliatis et quod ei placuerint, collocutoribus referentibus; dum autem ventum fuerit ad conclusionem, resiluerit et Bavrorum principum sententiam confirmavit ut San^{mō} Domino Nostro definitio articulorum permittatur.

Alterum: est magna fama per totam Germaniam vulgata Protestantes egisse cum corona Bohemiae ut suo foederi se jungeret, promittentes ad 50 000 peditum et 8000 equitum in auxilium contra Turcam incurrentem. et quid aliud moliebantur, nisi optimum principem Ferdinandum, hactenus non bene fortunatum, exuere regno? fertur et Slesitas assensisse petitioni Protestantium et se obtulisse adjutores perfidiae sua. sunt cogitationes malignae ducis de Thessin hereticissimi². verum Ferdinandi regis prudentia et vigilancia Bohemos, Moravos in fide continuit, ut indubie per oratorem suum San^{mūs} Dominus Noster et sacrum collegium: at jam epistolae tenor ad initium recurrat et caput.

Conquestus sum et juste R^{mum} cardinalem a Contarenis oblitum Eckii, quia non praestat nec expedit quae fuerat pollicitus, primo cum Valentino Bocher, qui minatur possessori custodiae Ratisponensis, cui jus meum nominationis regiae (quam proprio motu ad me misit) communicavi, ut juveni scholastico ad studia

1) Vgl. Ecks Klagebrief an Nausea vom 20. Dezember 1541, in Epistolae ad Nauseam p. 330.

2) et se obtulisse ... Thessin [Teschen] hereticissimi am Rande nachgetragen.

daret 20 fl. pro pensione annua. quam ille solvere recusat, nisi sit securus a Bochero. informavi pleniter in scriptis R^{mum} domini meum Aleandrum, informavi R^{mam} P. V. saepius, misi informationem ad urbem, dedi etiam unam episcopo Aquensi Forstio ¹: at nihil hactenus recepi nisi verba inania; omnes experti et antiqui curtisani apud nos dicunt michi injuriam fieri et nullum jus competere Valentino, sed esse meram vexationem et trufam. jactat enim jus suum gratiae expectativae, quia graciam nominationis consumpserim in capellania; sed quam falsum sit, rogo etiam atque etiam curetis ut habeatis copiam brevis papae Clementis fe. re. super dictis nominationibus regiis; in quo expresse cavetur ut dignitas seu officium cum prebenda pro uno computentur beneficio. demortuus reliquit prebendam capellaniae (cujus jus resignavi pro 15 fl.); reliquit et officium custodiae; itaque ex claro jure brevis utrumque simul acceptavi et prebendam et officium, quod pro uno est computandum vigore brevis. vos Romae tam apertum jus vultis contra Eckium facere dubium; dum in toto imperio semper practicatum sit cum nominationibus regiis, solus Eckius non potest impetrare quod omnibus conceditur, et tam, strenue militanti pro ecclesiae praefertur scutellaris, lavator stanneorum in tenello papae

Alterum est de nepote meo Johanne Schaupio clero Augustensi, de cuius profectu magnam habeo spem ob summam ejus diligen-tiam et amorem in litteras, quam ob rem eum Parrhisii misi in Sorbonam, cum Luder omne studium in philosophia et artibus in Germania destruxerit. obtulit R^{ma} P. T. clementer ut beneficium acciperem ex vacantibus per obitum domini et fratri mei Johannis Fabri episcopi Viennensis, viri optimi et sincerissimi Christiani. elegi canonicatum Constantiensem pro praefato nepote meo, ut pensione ex illo habita esset consultum stadiis illius et me ² aliquando moriente, ut Deo placuerit, non cogeretur deserere cepta studia. at post paucos dies misisti ad me R^{mum} Mutinensem episcopum, ut cederem canonicatu Constantiensi in favorem nepotis praefati R^{mi} Viennensis; velles alia via providere nepoti meo et uberiori. ego pensabam quam bene meritus fuerit Faber de ecclesia, quam bene meritus de Eckio, cum quo 35 annis amici-ciam firmaveram, allactus spe promissa de uberiori providendo nepoti meo, etsi potuisse respondisse, sicut tunc dixi R^{mo} Mutinensi: legatus sedis apostolicae reservet uberiorum provisionem pro nepote R^{mi} Viennensis et permittat nepoti meo beneficium

1) Über Peter von der Vorst, Auditor der Rota und Bischof von Acqui, aufserordentlichen Nuntius in Deutschland 1536/37 s. Nuntiaturberichte, Bd. II, S. 41ff.

2) Orig. meo.

semel concessum, quia decet beneficium principis esse mansurum. tamen ob memoriam defuncti et ne viderer diffidere de promissione tua, nepotem spoliavi concessa gratia. frustra autem expecto uberiorem provisionem; nam quod providisti de decanatu S. Stephani in Bambergia, nihil fuit nisi frustra expensas facere, cum possessor decanatus adhuc viveret et per totum julium, augustum et septembrem vixerit et forse hodie vivit. qui etiam si fuisset mortuus, nepos non potuisset habere pensionem ex decanatu 20 flor., tam uber fuisset provisio. ideo rogavi R^{mam} P. T., quo studiis pueri consuleretur et ei de aliquo alio canonicatu provideretur Constantiae, Augustae, Eichstadii vel Herbipoli. admonui etiam per litteras de egrotante sene canonico Eistetensi. mortuus est ille senex, mortuus doctor Speiser, qui habuit canoniciatum Constantiae, Ratisbonae, in curia Rhetiae et alibi, et nulla nepotis mei habita ratio. oblitus est Contarenus Eckii et nepotis!

Dedi fratri meo unico doctori Simoni, quem vidisti Ratisponae, conjugem; ille omnem mihi pecuniam auferet et loculos ipsos, nec tamen sufficient; futuros etiam census absumet. si Ill^{mi} principes adhuc viverent marchio elector Joachim et Georgius Saxo, qui aliquando sublevarunt inopiam Eckii, non dubito quin etiam jam ad fratris nuptias aliquid contribuerent. antiquis mortuis successit prava juventus! ita fit ut propter sumptus fratris minns possim ferre expensas pro nepote, quem tamen plurimum deligo, etsi solum sit ex sorone non germana natus. quare rogo R^{ma} P. T. agat, ut cum vacationes venerint ad datarium, memor sit nepotis mei: sunt plures canonici Augustenses senes et valetudinarii. debes profecto hoc nepoti meo, ne queratur se deceptum et delusum promissione tua. facile San^{mus} Dominus Noster potest hoc facere sine omni incommmodo; melius est consulere juveni studioso quam curtisano ludderano. latet adhuc in querceto sub spinis lupus arabicus inhians canonicatui Ratisponensi, qui michi inutilis est, cum nolim residere: perpetuo addixi me scholae, lector emoriar, non possessor canonicatus. eum darem alicui ex studiosis, at mox lupus ille prodiret et litem moveret. at si sylvam liquerit, scribam apertius dolos ejus.

Ut sunt insolentes haeretici et captant auram popularem, conabuntur repellere meas apologias: ego mox in acie ero, denuo hostem repulsurus. et ut commodius facere possim, praesidia aliqua ex R^{ma} P. T. peto. nam cum infirmus fuerim, raro tractatibus interfui, R^{ma} P. T. melius omnia novit; ideo precor obnixius, si per otium nostra legerit, si quid occurrat quod ad eruditionem faciat aut pleniorum negotii et actorum informationem, curet per amanuensem adnotari et aliquando michi per Augustam transmitti. non tamen peto accumulari plures locos super eodem; ego ipse enim plerosque volens omisi ut brevitati studerem.

liberius scribo ad eruditum virum, neque quicquam te offendat; sed memor esto ab inadulabili Eckio profecta. valeat R^{ma} P. T. feliciter et me San^{mo} Domino Nostro ac cardinalicio senatui commendata.

Ingolstadii 20 januarii festo s. Sebastiani (tamen gratias Deo non utor hodie dispensatione tua) anno virginrei partus 1542.

M. Vitus Chrumher vir bonus et studiosus sollicitabit causas nepotis; hic novit viam monstrare.

146. Eck an Contarini: unbeantwortet gebliebene Sendungen seiner Schriften nach Rom. Die deutsche Bearbeitung seiner Apologie gegen Bucer. Das Konzil. 1542 Mai 2 Ingolstadt.

Aus Arch. Vat. Arm. 62 vol. 37 fol. 123, eigenh. Orig.

... Misi¹ ad urbem quinque exemplaria Apologiarum et proportionatura dedi 8 fl. et nihil responsi accepi a quoquam. exemplaria autem offerenda fuerint San^{mo} Domino Nostro, sacro collegio, R^{mae} Paternitati Tuae, R^{mo} Aleandro piae memoriae², cardinali Farnesio; singulares litteras addidi; domino Blosio commentarium nostrum in Aggeum³, magistro Vito Khrummer sollicitatori Enchiridion (misi). cum autem miserim in januario et nondum ab aliquo accepi responsum, vereor libros interceptos. nam etiamsi nemo responderet ex aliis, R^{ma} Paternitas Tua, nisi esset ingratissima, vel duabus lineis significasset quomodo placeret liber, quoniam magna parte suscipit partes tuas et defensionem tuam. adhuc rescribe vel unico verbo.

Apostata Bucer librum suum vertit germanice, et quia more suo miscuit multa mendacia, quae etiam in latino non habentur, ego ei jam etiam germanice respondeo⁴. potissime mentitur me mortuum in decretali parte⁵.

1) Im Eingang dieses Schreibens wiederholt Eck seine Klagen über die Gleichgültigkeit der Kurie bei seinen Nöten, insbesondere in der Sache mit Bocher, dem stanzearius culinae des Papstes, sowie über die Nichteinlösung des von Contarini ihm gegebenen Versprechens, dass sein Neffe für die preisgegebene Domherrnstelle in Konstanz, deren Erträge nisse Eck auf 80 fl. berechnet, entschädigt werden sollte.

2) Aleander war inzwischen — nämlich am 31. Januar 1542 — gestorben.

3) Super Aggaeo propheta commentarius, erschienen 1538. Wiedemann S. 628 ff.

4) Nach Wiedemann S. 643 wurde die Übersetzung, die noch im Jahre 1542 in Ingolstadt herauskam, von einem Schüler Ecks, Michael Wagner von Geilfingen, unter Ecks Aufsicht angefertigt.

5) So? Dieser letzte Passus (potissime etc.) ist sehr undeutlich geschrieben.

Deus faciat ut concilium toties promissum exordiamini. me
commendo.

Ingolstadii 2 maji 1542.

Romae apud magistrum Vitum Khrummer vestri possunt de
his certificari.

147. Eck an Farnese: Veranlassung dieses Briefes. Vauchop
in Regensburg und Landshut. Ein Geldgeschenk Farneses,
welches Morone bisher nicht übersandt hat. Stellt einen Be-
richt über die Wurzener Fehde in Aussicht. Valentin Bocher.
1542 Mai 16 Ingolstadt.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, eigenh. Orig.

Paratissima obsequia pro salute cum sui commendatione.
R^{me} pater ac illustris domine. Robertus Vauchop Scotus, qui ex
commissione R^{mi} episcopi Mutinensis negotium fidei Ratisponae
agit, jussit ut litteras darem ad Amplitudinem Tuam; nam pro-
fecto ut est candido animo, magno zelo agit negotium et meo
quidem suasu adiit Landsutum, regiam ducis Ludovici, ubi tunc
etiam Leonhardus Eckius agebat: nam oppidum quod ponte jun-
gitur Ratisponae, ad ditionem ducis Ludovici pertinet, cuius auxilio
Ratisponam in antiqua fide retinet. jussit idem ut dum R^{ma} P.
T. pluribus negotiis obruitur, fusius omnia ad R^{mum} cardinalem s.
Crucis scriberem, uti in praesentia facio ¹.

Quod liberaliter mihi providit Ill. D. T. in ducentis coronatis,
magnas ago gratias, quia jam michi illis certe opus est ob fra-
trem, qui uxorem duxit; alioquin mea tenuitate contentor. cum
litteris vestris etiam suas misit Mutinensis ², in quibus inter alia
scribit: jussus sum praeterea parare nescio quae, de quibus in
adventu meo istuc tibi providebo. jussus autem fuerat michi
illos 200 coronatos dinumerare: dominus vero Robertus supra no-
minatus ostendit michi litteras R^{mi} Mutinensis Oeniponte datas,
quibus significat abitionem suam ex Germania et quod iter arri-
piat versus Mutinam patriam suam: at de 200 coronatis pro
Eckio nichil; forte ex Mutina disponetur.

Quando patronus Luteri Saxo elector occupavit oppidum epi-
scopi Misnensis et duce Mauricio Saxone in campum exeunte elec-
tor restituerit episcopo ³, jussit Robertus ut ad longum per-

1) Ein solches Schreiben an Kardinal Marcello Cervini (= Santa Croce) liegt mir nicht vor.

2) Morone, Nuntius auf dem Speierer Reichstag, kehrte eben da-
mals in sein Bistum heim: Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der
ständigen Nuntiaturen, S. 142 f.

3) Anspielung auf die sogen. Wurzener Fehde: v. Langenn, Mo-

scriberem R^{mo} cardinali s. Crucis, quod jam plenius facere possum, quia interea super ea re litteras ab episcopo et cancellario ducis Mauricii accepi et secretarius ducis biduo fuit mecum.

Erinnert an die ihm von Aleander, Contarini und Faruese selbst gemachten Versprechungen, Valentin Bocher zum Verzicht auf seine Ansprüche an die Kustodie der Regensburger Kirche zu vermögen.

Engolstadii 16 maji anno gratiae 1542.

148. Eck an die Konzilslegaten Kardinäle Pole, Parisio und Morone in Trient: Segenswünsche für das Konzil, dem er sich selbst zur Verfügung stellt. Das Vorgehen wider den Bischof von Eichstätt. 1542 November 20 Eichstätt.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, eigenh. Orig.

Ut induamini virtute, ex alto concedat Deus optimus maximus!

R^{mi}, amplissimi ac pientissimi patres. omnes boni et timorem Dei habentes ac zelum fidei exhilarati sunt, postquam intellexerunt Amplitudines Vestras a San^{mo} Domino Nostro destinatas Tridentum ad auspicandum generale oecumenicum concilium¹. Deus det ut necessaria cepta ad laudem nominis sui, ecclesiae aedificationem ac haeresum et tyrannorum extirpationem foeliciter perficiatis. nam si medicina illa sacri concilii non medebitur morbis et nevis ecclesiae, vanum erit omne humanum consilium. ego quidem jam olim, jussu Ill^{mi} principis mei Wilhelmi Bavariae ducis, instructus sum et paratus, ut minimum ecclesiae membrum, in omnibus parere jussibus vestris et nullos labores refugere.

Coeterum de sententia in episcopum Eichstettensem lata ipse et dominus Robertus Vaucoph explicatius scribent. ego humilime precor ne fulmina censurarum prodeant, unde scandala nascerentur et hostes fidei ac ecclesiae cum exultatione exprobrando sedi apostolicae detraherent. monitor sum, dumtaxat vos prudentissimi viri pro vestra incomparabili sapientia melius novistis quid factum opus sit. me commendo et paratissimum offero mandatis vestris.

Ingoldstadii 20 novembris anno virginiei partus 1542.

ritz von Sachsen I, S. 132 ff.; G. Voigt, Moritz von Sachsen (1541 bis 1547), S. 22 ff.

1) Am 21. November 1542 zogen die Legaten in Trient ein; vgl. über diesen Versuch der Berufung eines Konzils de Leva III, p. 480 bis 482.